

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Opera**

**Lactantius, Lucius Caecilius Firmianus**

**[Venedig], 4. Apr. 1497**

Ioannis Andreae episcopi Aleriensis ad Paulum secundum Venetum  
pontificem maximum epistola

[urn:nbn:de:bsz:31-300412](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-300412)

Ioannis Andreae episcopi Aleriensis ad Paulum secundum Venetum pontificem maximum epistola

**A**boriosis recognitionibus nostris plures uideamus uerae humanitatis amore, delectari pater beatissime Paule secunde Venete pontifex maxime. Idcirco aius impendio nobis crescit, uigilantius etiam quam antea laudabili quidem incepto non desistere; neque prius conatui huiusmodi parcere; quam summus nobis deus dignabitur praestare ut linguae latinae; quibus in facultatibus potuerimus; circulum quod auius; absoluamus. Summam igitur studiosi abs te hoc tempore per nostros ingenuos opifices Lactantium Firmianum semel ab his iterumque impressum prius uonnullis in locis profecto ueriores. Haecque opera caeterisque omnibus quicumque futurus est lector; sedulo sit oratus; ut ita de chartis nostris medas; si quae illum offenderint; beniuolens ac minime contumeliosus tollat; ut nos de reliquorum libris demenda sine omni morfu uirulentiaque curamus. Non enim errorum imputamus recognitioni ipsi amissorum ante nos codicum. Sed de prauatis exemplaribus culpam; experti satis nos quoque in diemque magis impendio experientes incredibilis opus esse felicitatis; ut sudoribus nostris exemplorum dentur subsidia; non uulgariū Collatis profecto uigiliis nostris ad reliquorum operas; facillime extabit differentia. Tutantum pater beatissime; quod clementissime facis atque sanctissime; in christiana uandique religione pacem perpetuo foue; studiis castis opitulare. Felicitatem numinis tui nominisque hac mercede meritoque diffunde; ut tuto potissimum tempore numerus uirorum cultissimus omnibus in facultatibus singularium excellenter augeatur. Non enim frustra omnipotens deus tam uberem ac facilem latinis praebuit te tanto pontifice ad cunctas immortales artis & diuina studia facultatem; ita fiet; ut diues sapientia; diuor catholica religione pontificatus tuus augustissimus; omni sit futuro tempore in animis & linguis mortalium; duraturus apud immortalem deum aeterno regno coronandus illius; ope cuius in terris legitimus es uicarius. Romae anno natalis dominici. MCCCCLXX. Pontificatus tui floridissimi anno sexto.